G tia ſub ſemetipſo deſideria noſtra percipere. Tri-
Tribus modis interrogat deus. bus autē modis nos interrogare cōſueuit cum aut flagelli diſtrictione percutit & quanta nobis inſit vel deſit patiētia oſtēdit, aut quędā quæ nolumus prēcipit & noſtrā nobis obediētiā, vel inobediētiā patefacit, aut aliqua nobis occulta aperit & alia quę abſcōdit, & mēſurā nobis noſtræ humilitatis innoteſcit. Et hoc tertio modo, magis doctores interrogat. Stupebāt, inquit, omnes qui eū audiebāt, ſuper prudentia & reſpōſis eius. Quicūq; cordis aure eū adhuc audiūt ſtupent ad eius prudentiā, ſicut & beatus Iob qui inter homines ſapiēter loquutus fuerat, ſed auditis dei ſermonibus ſe dixit inſipienter loquutū. Rſpōſa quoq; eius, ſunt ſtupenda. Reſpōdere enim illius eſt, eū qui ſe humiliter neſciētem cognouerit occultis inſpirationibus erudire. Reſpōdet enim ex magiſterio aſpiratiōis, & mentē humiliū mirabiliter docet. Reſpōdet, ſicut & alibi dictū eſt ei: Voca me & reſpōdebo tibi, aut certe loquar & tu reſponde mihi. Vocare enim Dei eſt, nos amādo & eligendo reſpicere. Reſpōdere autē noſtrū eſt, amori illius bonis operibus parere. Loquimur etiā, cū ei faciem per deſideriū poſtulamus. Et ipſe reſpōdet loquentibus, cū nobis ſe amāttb apparet. Sequitur: Et videntes, admirati ſunt. Admirati ſunt parentes eius, cū eū in tēplo in medio doctorū ſedere vidiſſent. Admirātur vſq; hodie Iudæi quicūq; ad eccleſiā veniūt & ad fidem cōuertuntur, dū ibi meſſiā, id eſt, Chriſtū vident, quem in ſynagoga & inter cognatos & notos, nulla eorū expoſitione videre vel intelligere potuerunt. Et dixit mater eius ad illū. Fili quid feciſti nobis ſic. Ecce pater tu⁹ & ego dolētes quęrebam⁹ te. Dixim⁹ p matrē dominī ſynagogā ſignificari, de qua domin⁹ ſecūdū carnē originē duxit. Hæc autē quocunq; tempore ad eccleſiā veniēs ibiq; veritatē intelligēs, ſuā ignorantiā & Chriſti abſentiā admiratur. & admirando dicit: Fili quid feciſti nobis ſic, cur nos reliquiſti & ad gentiū eccleſiā ptranſiſti. Ecce pater tu⁹, populus iudaicus & ego, dolētes quærebamus te. Hoc eſt enim, quod apoſtol⁹ ait. Teſtimoniū illis perhibeo, qa zelū dei habent, ſed nō ſecundū ſciētiā. Quērūt Ieſū & nō inueniūt, quia nondū ad tē plū & eccleſiā peruenerūt, & ait ad illos. Quid eſt, quod me quęrebatis, Neſciebatis, quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? Quid eſt inquit, quod me in cōuentu infideliū quærebatis & extra eccleſiā eſſe putabatis. Hic enim hic me quærat, q quęrere vult. An neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt & inter illos qui patris mei voluntatē faciūt, oportet me eſſe. Et ipſi nō intellexerunt, verbū quod loquut⁹ eſt ad illos. Nō intellexerūt, quia cor cęcatū habebāt & in eccleſia gentiū eſſe Chriſtū nō agnoſcebāt, quoniā cęcitas ex parte cōtigit in Iſrael, donec plenitudo gentiū intraret & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Nā quia in extremo tēpore ſaluator ad reliquias Iſrael reuertetur, apte ſubiungitur. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth. & erat ſubditus illis. Deſcēdit enim nouiſſime cū hebræis, & venit Nazareth vbi nutritus fuerat, qa cū his qui de circūciſione erediderāt, ſe miſericor

Iob. 42. b.

Iob. 42. a

Reſpondere dei.

Iob. 13. d

H

Vocare dei Reſpondere noſtrū & loqui.

I

Rom. 10. a

Rom. 11. d

Saluator ad reliquias Iſrael reuertetur

diter inclinauit ad plebē Iſraeliticā. Quod tamen K
adhuc eſt futurū, licet narremus illud quaſi præteritū. Et erat ſubditus illis, ſicut & de ſpiritu ſancto
dicit apoſtolus quia ſpiritus prophetarū prophetis ſubiectus eſt, vt ſcilicet voluntatē eorū faceret, *1. Cor. 4. f*
nec eorū arbitrio repugnaret. Hoc enim modo, ſicut ſpiritus prophetarū prophetis ſubiectus eſt, ſic ſapientia prædicātiū prędicātibus ſubiecta eſt. Sapiētia verō prędicātiū vel magiſtrorū Chriſt⁹ eſt. Et mater ei⁹ cōſeruabat omnia verba hæc, in corde ſuo. Pia plebs circūciſionis, ſedulo corde retinebat vel poti⁹ retinebit verba myſteriorū Chriſti, & Ieſus proficiebat ſapiētia, ætate & gratia, apud deū & homines. Ieſus proficiebat, quia ſermo prędicationis ei⁹ creſcebat. Proficiebat ſapiētia, quoniā maior ſapietia reperiebatur ſemper in eius doctrina. Proficiebat & ætate, quoniā animæ proficiētis ætas maturior iugiter inueniebatur in eius ſermone. Proficiebat & gratia, quoniā maioré ſuis L
gratiā quotidiano profectu dabat. Non enim ſibi, ſed ſuis, profectus iſte fiebat. Apud deum & homines ita proficiebat, quia & ad dei gloriā & ad hominū ſalutem hæc gerebantur, & magis ac magis innoteſcēbāt angelis qui ſunt apud deum, & hominibus ad exemplum. Vnde laus & honor ſit eidem pio ſaluatori cum patre & ſpiritu ſancto, per infinita ſecula, amen.

Secundum Lucam CAP. III. D

N illo tempore: Factum eſt cum baptizaretur omnis populus & Ieſu baptizato & orante, apertum eſt cælum. & reliqua.

Baptizauit Iohānes vniuerſū populū ad ſe veniētē, quia ſi ſolū dominū baptizaſſet, nō deeſſēt qui putarēt ſancti⁹ fuiſſe baptiſmū Iohānis quam Chriſti, quaſi baptiſmo Iohānis ſolus Chriſt⁹ meruiſſet baptizari, baptiſmo autē Chriſti genus humanū. Si enim ſolus Chriſtus baptiſmo Iohānis eſſet baptizatus, diceret homines. Qualē baptiſmū habuit Iohānes. Magnū baptiſmū habuit, ineffabile ſacramētū. Videte: quia ſolus Chriſtus meruit M
baptizari baptiſmo Iohānis. Atq; ita maior videretur baptiſm⁹ ſerui, quā baptiſm⁹ domini. Baptizati ſunt igitur & alij baptiſmo Iohānis ne melior baptiſm⁹ Iohānis videretur quā Chriſti. Baptizatus eſt autē domin⁹, vt domino ſuſcipiēte baptiſmū ſerui, nō dedignarētur alij ſerui ſuſcipere baptiſmū domini. Baptizatus eſt domin⁹ nō ipſe aquis mūdari, ſed ipſas mūdare cupiēs aquas, quæ ablutę p carnē ei⁹, peccati vtiq; neſciā, baptiſmi ius aſſumerēt, & quod tot ſub lege baptiſmata nequiuerāt cōtra prędicationis malū vim regeneratiuę ſanctificationis cōciperet. Vnde bene euāgeliſta cum baptizatū diceret omnē populū, nihil magni addidit, ſed Ieſu baptizato & orante apertū mox cælū eſſe perhibuit. Quia dū corporis humilitate ſaluator vndas fluminis ſubiit, diuinitatis ſuæ potētia nobis cæli ianuas aperuit. Et dum carnem innoxiam frigentibus aquis tingeret, oppoſitū quondam noxiis ignitum portæ paradiſi gladium extinxit